



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De multiplici malo quod ex indiscreto feruore prouenit. Capvt II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

Secundo potest valere ad detestationem indiscreti feruoris, si ostēdamus mala quæ ex eo sequuntur. Et ostendit beatus Bernar. quatuor mala ex eo sequi, dicens: Qui ex indiscretionis vitio ieiunia & vigiliis & huiusmodi sic agit, vt deficiente spiritu vel corpore languēte, spiritualia impediatur, abstulit corpori suo boni operis effectū, spiritui affectū, proximo exēplum, Deo honorem: sacrilegus est, & omnium bonorum in Deum reus. Sacrilegus talis dicitur, qui violat templū Domini, scilicet corpus suum. Salomon etiam ostendit quod malum sequitur ex indiscreto feruore. Prouer. 19. dicens: Qui festinus est, pedibus offendit. Ille ex festinatione offendit qui ex indiscreto feruore infirmitatem corporis sui seu anime incurrit. Et licet ex festinatione sequi posset casus in quocunque ambulante: tamen præcipue in eo qui per scalam vadit. Præterea talis casu suo multū descendit. Vnde cum conuersio viri religiosi sit quasi ascensus per scalam, cum discretionem debet ascendere. Si enim per infirmitatem corruat, ipse descendit vsque ad initium scalæ. Oportet enim eum comedere carnes, & talia facere quæ faciebat in seculo. Vnde dicit beatus Bernard. Nemo repente fit summus. Ascendendo, non volando, apprehenditur summitas scalæ. De indiscreta etiam festinatione legitur Prouerbiorum 13. quod substantia festinata minuetur. Et eiusdem 20. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit. Et licet ista festinatio in omnibus timenda sit, præcipue tamen in nouitiis. Ille qui equum suum nimis fatigat in mane, non videtur facere in die bonam dietam. ¶ Sequitur etiam ex indiscreto feruore, peccatum superbiæ & vanæ gloriæ. Vnde quidem corpus non frangendum, sed regendum est. Sint ergo moderata ac sancta & simplicia in omni humilitate ieiunia, quæ ita corpus attenuent ne animam eleuent, ne res humilitatis gignat superbiā, & vitia de virtute nascantur. Quæ supererit spes salutis, si ipsa animæ remedia venena sunt? ¶ De superbiā etiā talia dicit Ber. Quæ maior superbiā, quā vnus homo toti congregationi iudiciū suum præfert? tanquam ipse solus habeat spiritum Dei? De vanæ etiam gloriæ dicit beatus Bernardus ad fratres suos: Non legitis in regula nostra, quod quicquid sine voluntate & consensu patris spiritualis fit, vanæ gloriæ imputabitur, non mercedis. Et Matthæi 6. Exterminant facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Sequitur etiam ex feruore indiscreto scādalum

aliorum
vnicatis
ros exte
plum de
religion
formid
idololar
& quasi
quæ fac
num: ec
q pecca
tia nol
doque r
ualem,
rum sua
semel no
Et vt br
chinam
efficere
sicut dic

De
T Er
qu
duodec
lumi
in eccle
sapien
sine Pr
num
sed etia
quiesce
lumi
crucifi
homin
telligi
Col. 2.
Homo
memb
affectu
da stul
dere f

aliorum, & maxime in congregatione. Bern. de talibus: Hi sunt
 uiratis diuiores, inimici pacis. Casus etiã vnus talium mul-
 tos exterrere & tepefcere facit à desiderio proficiendi. Et cui⁹ ex-
 plum debuit alios attrahere, facit eos formidare aulteritarem
 religionis, vt adimpleatur illud Pſal. Poſuiſti firmamentũ eius
 formidinem. Videtur etiã ſequi ex feruore indiſcreto quãdã
 idololatria. Vnde Bern. Scelus eſt idololatria nõ acquieſcere,
 & quaſi peccatum ariolandi nolle obedire. Et ſubdit: Eant nunc
 qui ſe faciunt religioſiores aliis, qui nõ ſunt ſicut ceteri homi-
 num: ecce pagani & idololatra ſunt. Et 1. Reg. 15. dicit Samuel,
 q̄ peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolola-
 tria nolle acquieſcere. Sequitur etiã ex indiſcreto feruore quã-
 doque rapina. Iudicium enim quod debet eſſe apud patre ſpiri-
 tualem, vlturpant ſibi tales perſonæ, & id cui renũtiauerunt, ite-
 rum ſua autoritate reaſſumunt. Vnde Bern. Qui veſtri curam
 ſemel nobis cõmiſiſtis, quid ruſum de vobis vos intromittitis?
 Et vt breuiter dicam, Non habet calidus hoſtis efficacius ma-
 chinamentum ad tollendam de corde dilectionem, quã ſi
 efficeſſe poſſit vt in ea incautẽ, & non cum ratione ambuletur,
 ſicut dicit beatus Bernardus.

De duodecim ſtultitiis indiſcreti feruoris. C A P. III.

Tertio poſſunt valere ad dereſtationẽ huius vitij ſtultitiæ
 quæ oĩtẽduntur in his eſſe qui laborãt hoc vitio, quæ ſunt
 duodecim. ¶ Prima eſt, q̄ ipſi contra ordinem eccleſiæ crucem
 lumini præferunt, vel potius ſine lumine ferunt. Ordinatum eſt
 in eccleſia q̄ lumen cruci præferatur, ad ſignificandum q̄ lumẽ
 ſapientiæ cruci pœnitentiæ præferendum eſt. Vnde legitur in
 ſine Prou. de ſapiente muliere, q̄ ipſa operata eſt conſilio ma-
 nuum ſuarum. Manus ſunt quæ non ſolum habent cognitionẽ,
 ſed etiam operationem bonam, quorum conſilio præcipuẽ ac-
 quieſcendum eſt. Ex hoc verò q̄ tales crucem pœnitentiæ ſine
 lumine conſilij ferunt, accidit frequenter, q̄ ipſi innocentem
 crucifigunt qui latronem crucifigere debuerunt, ſcilicet nouũ
 hominem, qui debuerunt crucifigere veterem. Vetus homo in-
 telligitur ex peccatis compoſitus, velut ex membris. Vnde ad
 Col. 2. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, &c.
 Homo nouus intelligitur compoſitus ex virtutibus, velut ex
 membris. Nouus ergo tunc crucifigitur, quando per nimiam
 afflictionem abſtinentiæ virtutes operari non poſſunt. ¶ Secun-
 da ſtultitiã eſt, q̄ ipſi aſſumunt arma nimis ponderoſa, quæ pō-
 dere ſuo eos deiciunt, & quæ debuerunt. eos ab hoſte prote-